



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xviii. De confessis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De Confessis. Tit. 18.

**D**e se confessi super aliorum conscientiis ne 1. *Cum mo  
interrogantor. Crimine maiestatis excepto nasterium  
de reatu proprio confitentis periculosa confes-  
sio aduorsum quilibet ne admittitor. quod sce-  
lus aliorum suggestione se reus perpetrasse pro-  
ponet, ni aliis modis id verum constabit, cuili-  
bet alteri sine fraude esto. Si qui tamen infamia  
laborassint; singulis eorum tribus ordinis ipsorum  
bonis viris adhibitis purgatio indicitor.*

Econtra iudex qui electionem examinabit si 2. *Cum  
quem tertium licet incideter in iure sese simo- super.  
niacæ prauitatis vitium admisisse, mediatorém-  
ve eius fuisse, comperiet: coerceto, ab omni offi-  
cio & beneficio ecclesiastico deponito.*

**Quæ** verò per errorem facti œconomus ec- 3. *Ex parte  
clesiæ etiam in iure cōfessus erit, vt ne ex his ec- te.  
clesiæ prejudicium generetur, videtur. Error fa-  
cti negocio nondum finito nemini noceto.*

De Probationibus. Tit. 19.

**I**n quibus autem causis partium confessione  
veritatem elicier haud potis ferit, in his pro-  
bationes quæruntur.

**Quod** verò sua quisque voce dilucidè pro- 10. *Per  
testatus erit, in eundem casum proprio testimoni- tuas.  
o ne venito. Iuramento eius in contrarium pre-  
stito ne stator, hoc in eo quoque qui sic consta-  
ter à duobus semel publicè agnitus, ac volgo no-  
minatus & reputatus erit filius, et si post ipsum  
alter abiurassit, seruator.*